

Argumentum

Breviter narratur de Germanis qui, a Caesare victi, fugae se dederunt. Multi eorum in flumen se praecipitaverunt et ibi perierunt; Romani autem incolumes in castra redierunt. Caesar concessit Germanorum legatis, quos in castris retinuerat, ut in patriam redirent, sed ii maluerunt restare, quia Gallorum vindictam timebant.

Germani fugae se dant

1	Germani, post tergum clamore audito, cum suos interfici* viderent, armis abiectis** signisque
2	militaribus relictis se ex castris eiecerunt, et cum ad confluentem*** Mosae et Rheni
3	pervenissent, reliqua fuga desperata**** magno numero interfecto reliqui se in flumen
4	praecipitaverunt atque ibi timore, lassitudine*****, vi fluminis oppressi perierunt. Nostri ad
5	unum omnes incolumes perpauca vulneratis ex tanti belli timore, cum hostium numerus
6	capitum CCCCXXX milium fuisset, se in castra receperunt. Caesar iis quos in castris retinuerat
7	discedendi potestatem fecit. Illi supplicia cruciatusque Gallorum veriti, quorum agros
8	vexaverant*****, remanere se apud eum velle dixerunt. His Caesar libertatem concessit.

LEXICON ADDITUM

* interfici: necari

** abiectis: iactatis

***confluentem: flumen in quo Mosa et Rhenus iunguntur in unum

**** desperata: non sperata

***** lassitudine: magno labore

***** vexaverant: ruinam in agros tulerant

1. PARAFRASI. Completa la parafrasi inserendo al posto giusto 10 parole scelte tra quelle elencate dopo il testo (INDICA IL NUMERO NELLO SPAZIO BIANCO)

Germani, cum post tergum _____ et quia suos interfici _____, postquam arma abiecerunt et _____ reliquerunt, se ex castris eiecerunt; pervenerunt autem ad confluentem Mosae et Rheni, interea magnus eorum numerus _____, et, desperato _____ consilio, se in flumen praecipitaverunt, ibi timore, lassitudine et fluminis vi oppressi _____ excesserunt. Nostri ad unum omnes incolumes ex tanti belli timore, cum hostium numerus capitum quadringentorum triginta milium fuisset, in castra redierunt et perpauca vulnerati sunt. Discedendi _____ concessa, _____ in castris a Caesare retenti erant dixerunt se apud eum remanere malle, cum _____ a Gallis, quorum agros vastaverant, punirentur. _____ iis a Caesare concessa est.

1	videbantur	6	libertas	11	in vitam	16	signa militaria
2	longioris fugae	7	clamorem audivissent	12	interfectus erat	17	metuerent ne
3	signis militum	8	quibus	13	qui	18	e vita
4	interfecti sunt	9	videbant	14	longius fuga	19	clamores efficiunt
5	potestas	10	libertate	15	metuebat	20	potestate

2. Leggi le seguenti affermazioni e barra la risposta esatta. (max 8 punti)

1	Germani, territi Romanorum clamore, postquam eiecerunt arma, castra reliquerunt.	V	F
2	Multi ex Germanis transierunt flumen Mosam et vitam servaverunt.	V	F
3	Reliqui ex Germanis, pavore pulsi, natantes fugae se dederunt et in flumine occisi sunt.	V	F
4	Romani quoque multos milites amiserunt in flumine.	V	F
5	Caesaris exercitus nullum obsidem ex hostium agmine cepit.	V	F
6	Caesar, hostibus ad supplicium ductis, prohibuit ne captivi in patriam redirent.	V	F
7	Germani supplicia Gallorum, quorum agros vastaverant, timebant.	V	F
8	Captivi maluerunt se apud Caesarem manere quam Gallis occurrere	V	F

3. Scegli la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano e RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (n.b.: fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante) (max 6 punti)

1. Quid Germani vident, audito clamore post tergum?
 - a. Romanos perventuros esse ante tergum
 - b. Romanos Germanorum caedem facientes
 - c. Germanos arma relinquentes
 - d. Germanos arma et signa militaria relinquere

2. Quo Germani fugientes pervenerunt?
 - a. Ad flumen Mosam
 - b. Ad flumen Rhenum
 - c. Ab confluente Mosae et Rheni
 - d. Ad confluentem Mosae et Rheni

3. Cur Germani se in flumen eiecerunt?
 - a. Quod putaverunt se in Romanorum castra redituros esse
 - b. Quod spem habebant se victuros Romanas copias proelio
 - c. Quod spem non habebant se alio modo salutem petituros esse
 - d. Quod arbitrabantur se non fugā sed proelio salutem petituros esse

4. Cur Germani perierunt?
 - a. Germani fessi et territi natare non potuerunt
 - b. Germani omnes proelio asperrimo occisi sunt
 - c. Alii in proelio, alii in fuga a Romanis occisi sunt
 - d. Germani perierunt pluribus vulneribus acceptis

5. Quid Caesar statuit de captivis quos ceperat et in castris habebat?

- a. Ut arma caperent et contra hostes discederent
- b. Ut flumen transirent cum hostium numero
- c. Ut supplicia paterentur in Gallicis agris
- d. Ut exire possent e castris

6. Cur obsides timebant Gallorum supplicia cruciatusque?

- a. Quoniam Germani agros Gallorum vexaverant
- b. Quoniam Romani agros vexaverant
- c. Quoniam in Romanis castris manere volebant
- d. Quoniam Galli in Germanos caedem et ruinam fecerant

1	2	3	4	5	6

4. Scegli la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano e RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (n.b.: fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante) (max 8 punti)

1 r.1 “Post” è:

- A. congiunzione subordinante temporale che esprime posteriorità
- B. preposizione
- C. congiunzione subordinante temporale che esprime anteriorità
- D. avverbio di tempo

2 r.1 “Cum” è:

- A. congiunzione coordinante correlativa
- B. preposizione
- C. congiunzione subordinante con l’indicativo
- D. congiunzione subordinante con il congiuntivo

3 r. 2 “se” è:

- A. pronome personale riflessivo accusativo singolare
- B. pronome personale riflessivo ablativo singolare
- C. pronome personale riflessivo accusativo plurale
- D. pronome personale riflessivo ablativo plurale

4 r. 3 “desperata” è:

- A. un sostantivo ablativo singolare
- B. un aggettivo ablativo singolare

- C. un participio presente ablativo singolare
- D. un participio perfetto ablativo singolare

5. r. 4 “oppressi” è:

- A. un sostantivo nominativo plurale
- B. un participio perfetto nominativo plurale
- C. un sostantivo genitivo singolare
- D. un aggettivo nominativo plurale

6. r. 6 “quos” introduce:

- A. una subordinata relativa
- B. una subordinata finale
- C. una subordinata causale
- D. una subordinata completiva

7. r. 7 “discedendi” è:

- A. un aggettivo genitivo singolare
- B. un gerundivo nominativo plurale
- C. un gerundivo genitivo singolare
- D. un gerundio genitivo singolare

8. r. 7 “illi” è:

- A. un pronome dimostrativo dativo singolare
- B. un aggettivo dimostrativo nominativo plurale
- C. un pronome dimostrativo nominativo plurale
- D. un pronome dimostrativo genitivo singolare

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito

R. 1 *Germani, post tergum clamore audito, cum suos interfici viderent...*

Germani, post tergum clamore audito, dum suos interfici _____

R. 2 *et cum ad confluentem Mosae et Rheni pervenissent, reliqua fuga desperata, magno numero interfecto...*

Et, cum ad confluentem Mosae et Rheni pervenissent et cum de reliqua fuga _____, magno numero interfecto...

R. 6 *Caesar iis, quos in castris retinuerat, discedendi potestatem fecit.*

Caesar iis, quos in castris retinuerat, permisit ut discedere _____.

R. 8 *His Caesar libertatem concessit.*

His a Caesare libertas _____.